

2154 Ducentae in ingressu portae castelli RAIN. Ibidem adhuc.

P · SEXTILIVS · P · L
FELIX
FECIT · SIBI · ET
SEXTILIAE P L NOBILI
5 VXORI BIG/////

Descripsi titulum lectu difficilem. Principium Philenus Rainoni misit Matthaeo Aegyptio a. 1733, Isidorus Rainoni Mazochio.

2155 [= 590*] ad S. Agathae Gothorum nuper rep. in fundamentis episcopi RAIN. Ducentae MAFF.

ALIARO IVN FIL IN
COMPARABIL
VIXIT · ANNI
urceus S · XXII · MENSIS patera
5 BVS · X · DIEBVS
VIII · PAT · FECIT

Isidorus Rainoni misit Mazochio et a. 1730 Matth. Aegyptio; Maffei M. V. 478, 1 a Prattillio.

Vv. divisi ad Rain. — 1 ALIARIO Maff. — 1. 2 FIL | INCOMPARABILI Maff., FILI.. | ..COMPARABIL.. Rain. — 3 in. QVI add. Maff. — 4 XXII Rain., XII Maff. — MENS.. | BVS Rain. — 6 FEC Maff.

2156 S. Agathae Gothorum in ecclesia S. Mennae in pavimento.

ARDANVS SIBI FECIT

Recognovi descriptam a Bardtio et Wilamowitzio. Ph. Rainoni misit Matth. Aegyptio a. 1728, Isidorus Mazochio.

2157 ad S. Agathae Gothorum in ecclesia S. Mennae in pavimento.

EN
QVI
N

Recognovi descriptam a Bardtio.

2158 S. Agathae Gothorum in episcopatu.

QVIL
TETIE

Isid. Rainoni misit Matth. Aegyptio a. 1730.

2159 in S. Agathae Gothorum in pavimento ecclesiae cathedralis.

HIC REQVIE
CIT IN SOMNO
PACIS RVFINA
QVI VIXIT PL
5 ANNV2 Q DE
sic OPSITA EST SP
100 AVGVSTA
RVM IN 4 XII a. 565
FC BASII VC AN
10 NO XXIII

Isid. Rainoni misit Mazochio; Gualterius apud Marinium sch. christ. n. 5514, unde excerpit Rossius.

4 P·M, 6 sII Rain. — 6 seq. id est s·D·KL·AVGVSTARVM.

2160 in S. Agathae Gothorum in ecclesia S. Mennae in pavimento.

doM·N · IVSTINO PP
aug an· III EODEMQVE a. 570
bis CONS · IND · III

Recognovi. Ph. Rainoni misit Matth. Aegyptio a. 1728, Isidorus Mazochio; viderunt item Bardt et Wilamowitz.

A. 570 convenit et annus quartus imperii et indictio tertia; bis consul autem Iustinus inde dicitur, quod proximos fasces gesserat a. 568.

XLIX. CAVDIVM (prope Montesarchio versus Arpajam). Tribu Falerna.

Caudium notissimum propter exercitum Romanum a. u. c. 433 ibi captum et sub iugum missum (Liv. 9, 2 seq. c. 27, 1; Appianus Samn. 4; Gellius 17, 21, 36; Cicero de off. 3, 10, 109) praeterea inter Samnii oppida nominatur a Ptolemaeo (3, 4, 67: Κλούδιον libri),

inter populos Hirpinorum a Plinio (3, 11, 105), inter mansiones viae Appiae apud Horatium (sat. 1, 5, 50: *hinc nos Coccei recipit plenissima villa, quae super est Caudi cauponas*) et Strabonem (5, 4, 10 p. 249. 6, 3, 7 p. 283), item in itinerariis sic:

Peutingerana:

BENEBENTO
| XI
Caudio
| VIII
ad Novas
| VI
Calatie
| VI
CAPVA

Ravennas 4, 55:

Beneventus
|
Gaudium
|
Gatia
|
Niban s. Noban

Antoninianum p. 111:

Beneventum
| XI
Caudis
|
XXI
|
Capua

Hierosolymitanum p. 610:

civ. Benevento
| XII
civ. et mansio Claudis
| VIII
mut. Novas
| XII
|
civ. Capua

Ex miliaris denique infra edendis huc pertinet is qui numerum habet XVI, scilicet a Capua ductum, repertus loco ut videtur antiquo ad Forchiam, qui vicus M p. fere distat ab Arpaja Capuam versus. Ex his mensuris inter se comparatis recte nuper effecerunt Garruccius (diss. arch. 1, 79) eumque secutus Nissenus (mus. Rhen. nov. 25, 8) Caudium non fuisse ibi, ubi nunc est Arpaja, quae sententia ab Holstenio proposita adhuc fere obtinuit, sed secundo fere a Montesarchio lapide Arpajam versus; nam Arpaja distat a Capua m. p. XVII, a Benevento m. p. XV, Montesarchio a Capua m. p. XXIII, a Benevento m. p. IX. Sane mirum est eo ipso loco, ad quem mensurae itinerariorum ducunt, civitatis quae fuit nullum vestigium adhuc repertum esse, cum eiusmodi rudera non soleant plane evanescere. Ceterum tituli quos in ipso antiquo oppido collocatos fuisse consentaneum est, tam Montesarchii prostant, scilicet n. 2171—2173, quam Arpajae, nimirum n. 2166; nam basim n. 2165 recte Nissenus monuit etiam in territorio Caudino alicubi dedicari potuisse. — Vices Caudinorum in summa re cognoscimus

ex libro coloniarum, ubi p. 232 in civitatibus Campaniae quae tunc fuit recensetur *Caudium oppidum muro ducta: iter populo debetur ped. L: a Caesare Augusto coloniae Beneventanae cum territorio suo est adiudicata: ager eius veteranis fuerat assignatus, postea mensuratus limitibus est census*. Confirmant id ipsum tituli duo, alter n. 2165 ad Arpajam-effossus, quem dedicarunt Severo Beneventani in territorio suo quod cingit etiam Caudinorum civitatem muro tenus, alter ibidem repertus n. 2167 veterani ex legione XXX, quae imperante Augusto deducta est Beneventum, habentis tribum Stellatinam, id est Beneventanam. — Caudinos in tribu Falerna suffragium tulisse efficitur ex n. 2168. 2182; accedit titulus nuper in urbe repertus vol. VI n. 3884 p. 1 v. 34. Municipalis ordinatio fere ignoratur; inveniuntur tantummodo . . viri iure dicundo (n. 2176) et Augustales (n. 2175) et pontifex (n. 2161).

Auctores in Caudinis ii fere sunt, a quibus habemus Beneventana. Accedit is qui codici Incundi Florentino bibliothecae Megliabecchianae cl. XXVIII n. 34 adscripsit f. 5 titulos Arpajanos Airolanosque, quem